



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXXXVIII. De Fratre Henrico de Plocz Magistro terrae Pruschiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Heinricus à Poltzke XVII. & ult. Mag. Prov. Prussiae.*

fuò, dum ad suggestionem cujusdam Rutheni, qui cum eo in carcere fuit, vovisset DEO certum pondus Cerae pro liberatione sua; statim catenarum, quibus ligatus fuit, sunt con fractae & janua carceris aperta est, & evasit.

## CAP. CCLXXXVIII.

De

*Fratre Henrico de Plocz Magistro  
terrae Prussiae.*

**F**rater Henricus de Plotzke Saxo, Magister Prussiae XVII. praefuit XII. annis usque ad adventum Magistri Generalis, qui ipsum instituit (a) magnum Commendatorem.

## ANIMADVERSIO.

(a) Ad hoc usque tempus Prussiae, nomine Magistri Generalis, praefuit Magister Provincialis, cui adjunctus fuit Marschalcus Ordinis, ut supremus belli Dux; qui etiam cum quibusdam Commendatoribus consultabant de salute Reipubl. sed sede Magistri Generalis in Prussia translata, mutata est rerum facies. Tum enim Caput Provinciae fuit ipse Magister Generalis, quem sequebantur Praeceptores majores I. Commendator Magnus (GroßComptur) II. Marschalcus supremus (Landmarschall) qui Regiomonti residebat. III. Hospitalarius supremus (Oberster Spittler) qui Elbingae sedem suam habuit. IV. Trapiarius (Trapierer) qui praerat rei vestiarum. V. Thesaurarius (Trefler) qui residebat semper in Aula Magistri. Munia omnium horum accuratè describuntur in consuetudinibus Ordinis. Praeter hos fuerunt multi alii Magistratus, qui recensentur à Waisselio in *Chron. fol. 132.* Nos tantum Commendatores Ordinis recenserebinus ex *Chronico II. Bibl. Wallenrod. M. S.* ubi eo ordine recensentur: Commendator Provincialis terrae Culmensis, qui residebat in Althaus. Facta est ejus mentio supra *cap. 187.* Hunc sequuntur Thoruniensis, Brandenburgensis, Regiomontanus, Balgensis, Pappaviensis, Strasburgensis,

Zz

fis,

*Sigfridus à Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.*

*Henricus de Plotzke XVII. & ult. Mag. Prov. in Prussia.*

fis, Rhedensis, Grudentinus, Schvezensis, Mevensis, Slochoviensis, Dantiscanus, Elbingensis, Hollandensis, Creutzburgensis, Osterrodensis, Ortelsburgensis, Reinenfis, Ragnitensis, Liccensis, Memelensis, Plures ac huc fuerunt Commendatores Castrorum five arcium (*HaufCompturs*) ut jam præteream Advocatos (*Bögte*) Provisores, (*Pflegger*) Molarum Præfectos. Rei cibaria præfectos, & alios. Notandum tamen est, aliquando numerum Magistratum horum crevisse, aliquando decrevisse, idcirco certus eorum numerus determinari non potest.

## CAP. CCLXXXIX.

De

### *Adventu Peregrinorum.*

**H**ujus Magistri anno primo, anno videlicet Dn. MCCCVII. nobiles Viri, Dominus Johannes de Spanheim, Comes Adolphus de Winthimel, Th. de Elner junior & senior cum fratribus suis Arnolde & Ruthgero, & Arnoldii & Jacobus de (a) Pomario milites de Reno & multi alii Nobiles de Reno venerunt ad terram Prussiae, & fuit tempore hyemali ordinatus maximus Exercitus ad vindicandam injuriam Crucifixi contra Gentem Lethovvinorum, tamen propter teneritudinem glaciei procedere non valebat.

*Anno Dn. MCCCVI. Wenceslaus Rex Bohemia moritur & filius (b) ejus in Buda coronatur & eodem anno est à quodam suo milite interfectus, & sic Regnum Bohemia, quia heredem non habuit translatum est ad alienos, quia Rex Romanorum Albertus filium suum instituit in dictum regnum. Eodem anno Hospitalarii ceperunt Insulam Rodi, in qua habitabant Turchi & V. alias Insulas.*

### ANIMADVERSIONES.

- (a) Von Baumgart est in Chron. Antiq. Germ. in Bibl. Regiomontana in 4.  
 (b) Addidit Jerofchinus, filium illum itidem Wenceslaum fuisse nominatum.

CAP.